

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)



Clariss. Doctissimoq; viro

IVSTO LIPSIO I. C.
ET HISTORICO
REGIO,

ANDREAS SCHOTTVS
Antuerpianus S. D.



VÆSITVM VT olim, doctissi-
me LIPSI, de caussis degene-
rantis Eloquentiæ, siue à Cor-
nel. Tacito, quem legi & in-
telligi docuisti, seu potius à
M. Fabio, sic & anquirere pacè
mihi liceat tua, quis enim Te
citius nodum expedierit? quidnam caussæ sit,
cur, cum Eloquentia, eiusque socia atque admini-
stra DECLAMANDI ratio à Græcis primùm
cultæ, & à Romanis excepta fuerit, quæ duæ gen-
res extra se omnes vt Barbaras fastidirent: inde ta-
men ad Hispanos, mox ad Gallos hic potissimum
Declamandi vsus, atque etiam Poetica veluti in
coloniam commigrarit? An quia vt rerum & in-

EPISTOLA.

geniorum periodi quædam tempestiuitatem habent suam, sic & loci mutatione vicissitudinem experiuntur? Quemadmodum enim gentium ex aliis in alias sedes migrationes legimus, sic & disciplinæ, artetque bonæ huc illuc veluti turbine delatæ vigerunt. An quia luxurians Romæ Eloquentia longius se diffudit? quoniam arbor altas agens radices, ramis opaca, longas mittit umbras, aut torrens alueo egressus proxima quæque, vti Ægyptum Nilus, irrigat. An denique quia ad summum perducta dicendi vi, flagrantique iam Mariano ac Pompeiano bellis intestinis Italia, iustitium fuit, tacui Eloquentia, quæ vt pacis alumna in proximas terras demigrauit? Gorgias Leontinus, apud Græcos ponere iubebat, de quo quis audire vellet, & contrarias in partes differendo, quo librum esset animos audientium rapiebat. Hunc secuta longo post interuallo magna Sophistarum copia, quos Philostratus, Eunapius, & Hesychius Illustris celebrant, exstantque hodie Lucianus, Libanius, Dion, Chrysoctonus, Maximus Tyrius, Aristides, Himerius, alij: præceptiones verò Declamandi tradidere progymnasmaris, seu primis apud Rhetorem exercitationibus Aphthonius, Theon, & ex Hermogene Priscianus. Romani vero deuictis Græcis, vt armis superiores belli gloriam, sic & disciplinarum laudem, Oratoricæ potissimum, & Poeticæ, quamuis seruis ereptum ierunt, acceptaque ab illis fecere meliora. Vnus omnium instar M. Tullius & iuuenis exercebatur assidue ad Eloquentiam, & grandis namque usum

et vim trucidant. Com
 clamo, qui Græci vultu
 man medicos, & in
 imago hoc est Constant
 rum tractat, quod
 cis quibusdam ad
 istam illustriam, quod
 Republicæ dicitur. Cetero
 bendo, in littera quæ
 & Philosophus vult
 lebus ac mita in
 mita idem dicitur
 vt al P. Voluunt
 quidem etiam
 quos discipulos, & gr
 bit. Imo ad primum
 xuit, vt vult et
 M. Titianus Com
 mitem vultum quod
 dicitur ad mita quod
 dicitur et Ovidius
 mita quæ cum M. P
 con dicitur quod
 cæ, sed Græci vult
 vultum dicitur
 dicitur dicitur
 huiusmodi dicitur
 et. Cæ quæ dicitur
 vt ad quæ dicitur
 Cetero dicitur
 dicitur dicitur
 dicitur dicitur

EPISTOLA.

tu vsum reuocauit. Cumque sit, teste Fabio, Declamatio, quæ Græcis *μῦθος* est forensium actio num meditatio, & iudiciorum consiliorumque imago hoc est Contouerfiarum, ac Suasiliarum tractatio, quibus sanquam pugnae simulacris quibusdam ad verum discrimen, aciemque iustam assuescimus. oppressa iam ciuilibus armis Republica, hanc Cicero adimi auersionem adhibendo, in litera quæ, ac Bibliothecam abduendo, & Philosophiam Latine loquentem fecit, & silentibus ac mutis in foro causis publicis declamauit identidem coram Cæsio, & Dolabella, vt ad P. Volumnium Eutapelum scribit: Latine quidem etiam senior. Hircio & Pansa Coss. quos discipulos, & grandes præextatos vocabat. Immo ad præturam vique Græcè declamauit, vt auctor est Tranquillus, & ipse adeo ad M. Titinium: *Continebar*, inquit, *doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus alio melius ingenia posse.* Et in Bruto, qui claris est Oratoribus: *Commentabar*, ait, *declamans sepe cum M. Pisone & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie, idque faciebam multum etiam Latine, sed Græcè sepius, vel quod Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi adferebat: vel, quod à Græcis summis doctoribus nisi Græcè dicerem, neque corrigi possem, neque doceri.* Cn. quoque Pompeium historici tradiderunt sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni causam Cæsaris defendenti contradiceret, reperisse Declamandi consuetudinem. In ipsum autem Ciceronem

EPISTOLA.

sedecim amplius dies Marcus Antonius III. Vir,
 R. P. C. quod septima Philippica tradit, in Tu-
 bertino Scipionis assiduè declamauit, Augustus
 item Cæsar, eorum æqualis ne Mutinensi quidem
 bello Declamandi vsus omisit, vt idem refert
 Tranquillus. Ciceronem autem vt tempore, sic
 & facundia, longo sed proximus interuallo exci-
 pit M. ANNÆVS SENECA Rhetor, quem ad-
 te, LIPSI, illustratum adfero. Se enim Cice-
 ronem in illo atrio, in quo duos grandes prætex-
 ratos ait secum declamare solitos, declamantem
 audire potuisse restatur, nisi illum natale solum
 Corduba Patricia Colonia ciuiliū Italiae bello-
 rum caussa continuisset. Viguit itaque etiam inter
 liberos bene dicendi vis, qua & Annæa potissi-
 mum familia in Bætica inclaruit, parens, inquam,
 hic M. Annæus cum liberis ex Elbia coniuge, L.
 Annæo Seneca philosopho Stoico, eodemque
 Tragico Poeta (vt Delrio nostro placet) Annæo
 Nouato, qui & Iunius Gallio putatur, & Annæo
 Mela: Nepos quoque ex hoc Mela Annæus Luca-
 nus Poeta grandiloquus fuit. Adhæc L. Annæus,
 seu Florus, seu Seneca, historiæ Romanæ libris
 quatuor declamator corpori humano Rempubli-
 cam Romanam comparauit. Declamator item
 Hispanus M. Porcius Latro, aliique plurimi, quo-
 rum Elogia & hic Suetonij exemplo collegi-
 mus, & vno quasi fasce colligauimus. Petrum
 quoque domo Cæsar augusta, in Celtiberia, ci-
 terioris Hispaniæ prouincia, circa annum Chri-
 sti cccix. vt Rhetorem celebratum video à B.
 Hieronymo in Eusebiaci Chronici additamen-
 tis.

DEDICATORIA.

tis. Quid quæris? parentum memoriâ Valentini
 duo gentis Edetanorum, Ludouicus Viues, &
 Laurentius Palmyrenus, Declamationes relique-
 querunt: hic quidem Senecæ Suasoriis respon-
 dentes, ille verò Sullanas, quibus L. Cornelium
 Sullam, vt se Dictatura abdicare, ac priuatus de-
 gere sine tyrannidis inuidia velit, hortatur. Ter-
 tius denique in Carpetanis Ioann. Petreius Tole-
 ranus, Poeta, & Rhetor Complutensis: qui has
 ipsas Senecæ Declamationes post Ferdin. Pintia-
 num interpolauit. Nam & Poeticam aureo illo
 sæculo tractasse Hispanos in vulgus notum, cum
 Cordubenses Poetæ, licet pingue quiddam &
 crassum sonantes, grande tamen carmen pange-
 bant. In Gallia deinde Ausonium Burdigala ex-
 tulit: extulit multos ab illo, & B. Hieronymo
 laudatos bene dicendi Professores, vt & reliqua
 Gallia complures, qui post C. Plinium Pane-
 gyricis floruerunt. Adeo in exteris regionibus
 aureo, ac post etiam sequiore sæculo Eloquen-
 tia, licet corrupta nonnihil ætatis vitio, viguit.
 Sed ad SENECAM nostrum reuertor: ad quem
 cum fieret concursus, ad Thesin propositam de-
 clamando tum Græci, tum Latini versarent, om-
 nium, vt erat excellenti memoriâ, Sophista-
 rum, qui in eius ætatem inciderant, dicta velut
 in thesauro condidit, ad posterorūque literarum
 monumentis transmisit. Et verò nullum anti-
 quæ eloquentiæ opus magis referebat integrum
 inuiolatumque restare, atque hos Declamatio-
 num Senecæ libros. Verum quæ ob acumina ac-
 curatissimè edi oportebat, seu maiorum incu-

EPISTOLA

ria, siue temporum iniuria vsque eo deprauata in manus nostras peruenerunt, vt pauci admodum hos libros attingere, in manus sumere, nedum legendo contere sint ausi: deterriti, credo, infinitis prope cum mendarum monstris, tum lacunis, quibus libri illi cetera disertis & acuti deformes hiabant. Disertos dixi, quod cum à Cicerone discesseris, nihil illis eruditius aut elegantius: acutos verò, quod Græcorum natio hic declamitans subtiliter inuentis ceteros, atque excogitatis argutis superet. Olim certè Desiderius, & Pintianus, Græcè peritissimi è veteribus codicibus, quibus Senecam edolare aggressi sunt, Græcorum dictorum nec volam nec vestigium eruere se potuisse ingenuè fatentur. Nostri quoque quatuor Codices longe antiquissimi calamo in membranis exarati, adeo Græcè ineptè à librariis scripti erant, vt iurare liqueat ne legere quidem, nedum intelligere, sæculi fortasse vitio, scribas illos nouisse. Ductus tantum literarum utcunque secuti, Longobardicos potius characteres exhibent. Quid ergo Hariolus itaque tui interdum, & Delium natatorem ad hiatus explendos, vel Oedipum potius qui ænigmata dissolueret, adhibui. Sortem denique SENECE miseratus, conquisiui, frustra tamen, vetera exemplaria, quod filij Philosophi Stoici scriptis libris plenæ sunt omnes omnium Bibliothecæ, contra verò nullus Rhetoris codex antiquus inuestiganti offerretur, tandem Toleti Carpetanorum, cum in eum sermonem incidissemus, Anton, Couarruias, Didaci frater,

excle

DEDICATORIA.

excellenti vir & Antiquitatis, & Iuris ciuilis do-
 ctina, vetustum mihi codicem vtendum tradi-
 dit longè optimum: ex quo eruta Græca non-
 nulla cum P. Ciacono homine doctissimo com-
 municarat, quæ & in Nic. Fabri Iurisconsulti cla-
 rissimi manus, Roma ab amico missa, peruene-
 runt. Mox Tarraconem ad omnis doctrinæ prin-
 cipem Antonium Augustinum Archiepiscopum
 literis euoatus me contuli, eiusque in contu-
 bernio sic hæsi, vt ioca, seria, Bipliothecam, at-
 que adeo mensam communem esse vellet, vt nun-
 quam nisi doctiorem à se dimiserit, eumque me-
 rito parentis loco, dum vixit, vt & funebri lauda-
 tione testatum reliqui, duxerim. Hic alterum, sed
 Epitomè, seu Excerptorum vetus exemplar na-
 ctus & maius, Notas paullo vberiores conscri-
 psi, quod Marcum Antonium Muretum elegan-
 tissimi virum ingenij hos libros minimè attrigisse,
 immatura nimirum morte præreptum, animad-
 uertissem: neque enim vltimis in terris versanti
 mihi in mentem venire potuit, ac ne per transen-
 nam quidem cognoscere licuit alios in Gallia, Ger-
 maniaque, Annotationes moliri: quia tantum
 abest vt luminibus nostris obstruxerint, ab eden-
 doque deterruerint, quod profiteri apud te li-
 ceat, vt crebris etiam literis, quo mea foras da-
 rem, ac pæne conuicio quodam efflagitarint.
 Quo in numero & doctissimus Faber: qui scri-
 ptis manu exemplaribus destitutus, primis dun-
 taxat editionibus instructus: *εὐσχη* tamen
 summa plurima vulnera sanauit. Comparauit ita-
 que SENEGAM denuo, non vno Couarruiano

EPISTOLA

contentus exemplari, quod Græca sufficere non
 posset omnia, cum tribus vetustissimis codici-
 bus. Romæ quidem degens, cum Vaticano Pon-
 tificiæ Bibliothecæ vno de multis optimo, &
 venerandæ antiquitatis, & cum Augustodunen-
 si, quem codicem antiquum quidem illum, sed
 notæ non optimæ, Jac. Dalechampius Medicus
 miserat: denique Brugensis hominis eruditissi-
 mi beneficio quartum nactus, accuratè inuicem
 commisi, & Græcis Rhetorum dictis lacunas
 omnes, hiataque, quo ad eius fieri à me potuit,
 expleui, consultis etiam interdum doctissimis
 amicis. Dehinc laborem nostrum in Galliam
 miseram Lugdunum Segusianorum, exortoque
 iam florentissimo in regno fœderato bello Ro-
 thomagum partus abripitur, indeque in pa-
 triam tandem maritimo itinere delatus, vt belli
 flammam, sic naufragium vix euasit. Post in Ger-
 mania lumbifragium metuens, propius factum
 est nihil, quam vt domuitionem parens in pla-
 giarj manus incideret apud Noricos, aut fundi-
 tus periret. Tandem aliquando, te hortante ma-
 ximè, LIPSI, exire patiar nominis tui auspicio,
 quæ sedecim annis, & quod excurtit, perpetuò
 presseram, diutius sanè quam vel Panegyricum
 Isocrates, aut Cinna Smyrnæ domo asserua-
 runt. Quodque mihi, & interiorum harum lit-
 terarum & auctor verbo, atque epistolis, *sed è*
pro verò exemplo extiteris, & coniecturas quas-
 dam nostris addendas perhumaniter suppedita-
 ris, cum eos libros attingere te nolle affirmares,
 profectò iusta causa visa est in tuo nomine hæc
 euul-

DEDICATORIA.

euulgandi, cum & Martinus Delrius Collega meus, multæ homo lectionis suas in Senecam Tragicum *Δελρίπας φερνίδας* tibi inscribendas existimauit: Tu denique L. Annæum Senecam, Stoicum Philosophum egregiè ornandum susceperis: vsque à capite Stoicæ familiæ dogmata cum Physica, tum Ethica, arcessens: hæc quidem ex Epicetto, eiusque interpretibus Arriano, ac Simplicio, Plutarcho item aduersus Coloten, Musonio apud Stobæum, Ciceronis Paradoxis: illa verò ex Cleomedis Meteorologicis, vtraque autem ex Seneca ipso, & Epitomæ vice è Diogenis Laertij Zenone reuocans. Quo fiet, vt Gallia nostra, præ dolor,

Belgica, ciuili nimium quassata tumultu

Senecas duos illustrare, tubas inter & tympana, conata esse videatur: Tu, Belgij ocellus, filium, Stoicum Philosophum, Martinus Delrius eundem Tragicum, nos denique parentem Rhetorem, fatali quadam *αυτοκαταστασία*, & cum pari, tum dispari vtriusque casu. Illi senectus oculorum aciem retuderat, annium sensum hebetarat, memoriamque fidam nimium quantum antea, afflixerat, ipse quoque nuper ab oculis æger laborare cœpi, siue ætatis malæ id vitium est, siue lectio assidua luminis aciem hebetauit: sic contra audio bene, memoriaque in primis viget. Testabuntur id fortasse *Vita comparata Aristotelis ac Demosthenis* nuper auspiciis M. Velseri V. C. L. communis amici euulgatæ. Quamobrem te etiam atque etiam rogo obtestorque, LIPSI, vt has nostras vigilias æqui boni pro vetere nostra necessitudine facias, quia

EPIST. DEDICAT.

amicorum me veterimum appellare iucundè soles, sinásque hanc

Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

Equidem meas lucubrationes, quales eæ cumque sunt, libentius docto viro conficere dedicoque, quam *πλάωγ' εἰ προσάπτω*, vt Pindari Dithyrambico verbo vtar, quod hic laudet quidem, præterea nihil, ille verò vt intelligere, sic & de ingeniis existimare, calumniasque refellere & velit, & possit.

Antuerpiæ clo 161111.

